

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diuicie h  
cum uariis

Hoc attendite ne passim diuites reprehendatis et rursum ne de paupertate et egestate presumatis. Si enim non est presumendum de diuiciis, quanto magis non est presumendum de paupertate? Pauper ulcerosus non habens escam, non ipsam uestem, ablatum est ab angelo in sinum Abrahe. Vides quis sublatus est, non uides quo sublatus est in sinum Abrahe; lege scripturam et inuenies diuitem Abraham. Sublatus est ergo in sinum diuitis pauper, an potius ambo diuites Deo, ambo a cupiditate pauperes.

Augustinus in originali super Psalmo LI.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

ne *om.* (*cor. in marg.*) M; ulcerosus] vulcerosus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; escam] est (*cor. intra*) C; uides quis sublatus est non uides quo sublatus est in sinum Abrahe *om.* C; uides] uidelicet M; pauperes.] pauperes? L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>